



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1655

§. 9. Sciens autem Iesus ait illis: quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. v. 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

C A P . XXVI.

§. 9. Sciens autem Iesu ait: illis: quid molesti es tu huic mulieri? opus enim bonum opera-
ta es in me. v. 10.

Sciens vidensque Iesus murmurations discipulorum suorum, non vo-
luit se continere, quo minus defenderet bonum opus, increpando, & insci-
tiam & malevolentiam discipulorum erga se Dominum: dixit itaque: quid
molesti es tu huic mulieri? opus bonum operata es in me, quasi diceret, quid turba-
minis? quid scandalizamini? quod haec mulier me pretiolo vnguento vnxe-
rit, bonum opus fecit, placet mihi, nec vobismet displiceret, si vestrae perso-
nae esset impensum, farie non murmuraretis. Iam vero me permittere satis
debebat esse vestro lopiendo iudicio: nolite ergo fallo indicare, ne judece-
mini, nolite invidere, ne peccetis in Deum vestrum:

O Domine, da mihi hanc gratiam, ut proximo nunquam invideam bo-
num quod habet aut accipit; sed & nunquam factum eius male inter-
preter; sed potius semper excusem nimirum ipsum non habere intentionem
illam malam, quam forte alius malevolentia ductus ex facto eius conci-
pere posset.

§. 10. Nam semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. v. 11.

Argumentum aliud ponit ipsis ob oculos ad sedandam indignationem
eorum & invidiam, deductum ex morte sua, quasi diceret: quando quis iam
iam est moriturus non solent eiusmodi hominem alij affligere: ergo nec
contra me vos debetis conqueri de hac muliere, quæ modo ipsimet Domi-
no benefacere voluit. Domine forte id est argumentum mortis tuae, quod
tu separari velis a nobis, lux nostra, salus nostra, in quo agitur vivemus, illu-
minabimur, salvabimur, si tu discesseris a nobis?

Quis non moveretur ad ea verba Christi, quod vel saxeum cot non
mollesceret, ubi considerat quod delitiae æternæ te deserant! Ah mi Jesu
nunquam separari velis a me, sive in morte, sive vita; sed æternum maneam
tecum, te contemplando, te fruendo, tibi ubique & semper serviendo.

§. 11. Mittens enim hac unguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit.

v. 11.

Pergit excusare mulierem a constitudine Iudæotum: quorum mortua
corpora solebant inungi. Itaque dicit, haec corpus meum prævenit ungen-
do sepulturam, brevi enim moriturus sum, ideoque haec præstat officium
mortuis debitum, quod mortuo fortasse impendere non poterit, vel non
audebit. Igitur vos, ô mei discipuli, peccatis hanc calumniando quasi male
fecerit in me effundendo hoc unguentum.

A. 35

D. 21